

DE SUCCINO

rium est. Verisimile enim est, pisces sagaciores non tantū castoreo, sed omnibus grauit̄er olentibus fugari.

Si autem Cardanus bituminis scaturigines in Mediterraneo vel Baltico mari prorsus nullas concessurus erat, tutius & maiori cum laude veterum sententiam, qui ex resinis arborū dixerunt nasci succinum, defendere potuisset. Est enim resina arborū succus pinguis, aëreus & pellucidus instar succini, qui flammam recipit & alit, nec ingrātū spirat odorem: per idoneus quoq; ratione suæ viscedinis, animalcula & quæuis obuia recipere & amplecti: & quidem eadem materia concrefcere & indurari apta est.

Memini aliquando resinæ speciem iniectam in aquam vitrioli, cui alij astringentes succi erant mixti, coagulari, & duritiem succini acquirere. Et sane vidēs aliquis tot formicas, muscas, culices, araneas, aliaq; id genus animalia, succino inuoluta, is haud facilè aliu-

liun-